

27-10-1255

OHZ-II, nr. 1069 en HUA Domkapittel Utrecht toegang 216 inv. 950-1 en vidimus 950-2 (20-9-1542).

Willem, heer van Wifliet, neemt de tiend van Scobbende, met uitzondering van de tiend van de priester alsmede van de inkomsten van diens kerk toebehorend, voor de duur van vijftien jaar in erfelijke pacht van deken en kapittel van de dom te Utrecht tegen 22 pond Hollands per jaar.

Nos Wilhelmus, dominus de Wifleit, notum fa[ci]mus universis p[re]se[nti]a visuris quod nos decimam in Scobbende sit[a]m inter Wifliet et G[amm]e[r]e[cht], d[eci]ma sacerdotali et dote ipsius ecclesie exceptis, recepimus a viri[s] venerabilibus • decano et capitulo ecclesie Traiectensis ad firmam per quindecim ann[o]s proximo futuros, it[a] quod singulis annis vig[inti] et d[ua]s libras Hollandensium usualium sabbato ante dominicam qua cantatur Letare eis omnibus simul et in communi et non personis singularibus inde pro pacto in nostris expensis mitemus [et so]l[vemus] in Traie[c]to.

Et super ipsa solutione recipiemus litteras dec[ani] et capituli predictorum, quas ipsi nobis dabunt ipso die quo venerimus et dictos denarios solverimus eisdem; alias solutio facta nobis [non] v[ale]bit.

Quod si evidens et legitima causa nos excus[er]it quominus dicto sabbato solvere poterimus, extunc habebimus inducias solutionis faciende usque ad octavam dominice prenotate, inf[r]a quod tempus nullum [inde] per eos dampnum incurremus.

Si vero infra dictam octavam non solverimus ut dictum est, extunc dictos denarios nomine nostro acquirant ad usuram vel alio modo, quo [m]elius poterunt ad dampnum nostrum, ita quod infra sex ebdom[od]as post octavam predictam summam prefatam cum usura seu alio dampno, quod forte propter hoc inibunt, eis omni ex[ce]ptione cessante persolvemus in Traiecto. Nec per exceptionem tempestati[s], aquarum inundationis, gh[e]rre, incendii seu alicuius alterius, per quam ipsam decimam forte distrahi continget aut devastari, quominus predictum pactum [eis totalite]r persolvamus in Traiecto, poterimus nos tu[er]i.

Quod si non s[olverimus] ut dictu[m] est, extunc erimus fidei violator et periurus et p[en]am excommunicationis ipso facto incurremus ita quod episcopus Traiectensis q[ui] erit pro tempore, n[on] poterit denunciare seu facere denunciari ad exigentiam dictorum d[e]ca[n]i et [capituli vio]la[torem fidei], periurum et excommunicatum usque ad condignam satisfactionem, nulla citatione vel monitione premissis, et nos tunc perdemus omne ius quod [hab]ebam[us] in decima prenotata et ipsa ad dictos decanum et capitulum libere revertet[ur], quia nos data [f]ide et prestito corporali iuramento, tactis sacrosanctis in altari beati Martini ipsis [decan]o et capit[ulo] presen[tib]us hec se[r]vare pro[misim]us, et [si] non servavimus, penam nobis elegimus antedictam.

Elapsis vero dictis quindecim annis ipsa decima cum omni iure suo ad dictos decanum et capitulum libere redibit et ab obligatione h[uius]modi quita erit et g[ra]tia, [n]ec no[is] aliquid iuris ex hoc contractu nos contendemus habere in ea, nisi ex novo contractu forte novum ius interim nobis fuerit in ea [creat]um.

Ipsa etiam decima apud nos integra permanebit et indivisa nec aliquo g[en]ere alienationis in toto vel in parte ab eis alienabimus eandem. Si etiam ecclesiam de Scobbeinde m[e]dio tempore vacare contigerit, ipsius collationem dictus decanus et capitulum sibi reservarunt.

Quod s[ic] nos infra dictos quindecim annos decedere contigerit, extunc Iohannes, filius noster, in ipsa decima usque ad [rev]olutionem dictorum quindecim annorum sub prefato modo et pena nobis succedet, qui etiam una nobiscum [iu]ravit et hec omnia, si nos decedere infra dictum tempus contigerit, data fide et iuramento interposito servare promisit et ad dictam penam se obligavit, sic de herede in heredem post d[e]cessum ipsius Iohannis [usque ad revolutionem] prefatorum qui[n]de[cim] annorum dictam decimam transfe[r]endo, ita tamen quod quilibet heres post mortem sui predecessoris infra tres menses coram dictis decano et capitulo comparebit in Traiecto et ad omnia p[re]dicta, in q[ui]bus nos et Iohannes, f[iliu]s noster, eis obligati fuimus, fide et iuramento interpositis se obligabit; alias heres ille qui hec non servaverit, et successores sui iure, quod habere videbantur in ipsa decima, erunt ipso iure et facto privati, et ipsa decima extunc ad ipsos decanum et capitulum Traiectensis libere revertetur.

Et ut hoc dictis decano et capitulo Traiectensibus firmum sit et ratum et quod predicta omnia inviolabiliter a nobis nostrisque heredibus observabuntur, presentes litteras eis contulimus sigillis nobilium virorum **Iohannis, domini de Hoisden, Wilhelmi, domini de Strine**, oppidanorum de Dordrecht necnon nostro proprio sigillatas.

Et dicti quindecim anni incipient currere in festo Iacobi proximo futuro.

Actum et datum anno Domini M CC L quinto, in vigilia Simonis et Iude apostolorum, in Traiecto.

Zegels >

Willem heer van Wijfliet - Iohannis heer van Heusden - Willem heer van Strijen - stad Dordrecht



Wij, **Willem van Wifleit**, maken aan allen die dit document zullen zien bekend dat wij de tiend gelegen in Scobbende tussen Wifleit en Gamerecht, met uitzondering van de priesterlijke tiend en gift van de kerk zelf, hebben gekregen van de eerbiedwaardige mannen, deken en kapittel van de kerk van Utrecht vast gedurende de eerstvolgende 15 jaar, in die zin dat wij elk jaar 22 pond Hollandse gewone op de zaterdag voor de zondag waarop *Letare* gezongen wordt, aan hen allen tegelijk en gemeenschappelijk en niet aan afzonderlijke personen als pacht daarvoor op onze kosten zullen sturen en betalen in Utrecht, en wij zullen over deze betaling een document ontvangen van de voornoemde deken en kapittel, die zij ons zullen geven op de dag zelf waarop we zullen komen en de genoemde penningen aan hen zullen betalen; anders zal de betaling voor ons niet gelden als betaald. Maar als een duidelijke en wettige reden ons een excuus geeft dat wij niet op de genoemde zaterdag kunnen betalen, dan zullen we uitstel krijgen van betaling tot aan de octaaf van de voornoemde zondag, binnen welke tijd wij rechtens geen schadeclaim daarvoor van hen zullen krijgen.

Maar als wij niet binnen de genoemde octaaf zullen betalen zoals gezegd is, dan zullen zij de genoemde penningen in onze naam verwerven tegen rente of op een ander manier, waardoor zij dat beter zullen kunnen tot onze schade, in die zin dat wij binnen zes weken na de voornoemde octaaf de voorzegde som met rente of met een ander vergoeding van de schade die zij misschien hierom zullen verkrijgen, aan hen zullen betalen in Utrecht, zonder dat een uitzonderingsregel geldt. En we zullen ons niet kunnen beschermen door de uitzonderingsregel van storm, overstroming, oorlog, brand iets anders, waardoor die tiend mogelijk kan worden verstoord of verwoest, dat we de voornoemde pacht in zijn geheel aan hen betalen.

Als wij niet zullen betalen zoals afgesproken is, dan zullen wij een schender van het woord en meinedig zijn en door de daad alleen al de straf van excommunicatie krijgen, in die zin dat de bisschop van Utrecht, die er dan zal zijn, ons naar de eis van de genoemde deken en kapittel een schender van het woord, meinedig en geëxcommuniceerd verklaren of laten verklaren tot een waardige compensatie zonder er een daging of waarschuwing aan vooraf te laten gaan. En wij zullen dan elk recht dat wij hadden op de voorgenoemde tiend, en die zal vrijelijk teruggaan naar de genoemde deken en kapittel, omdat wij na het woord gegeven te hebben en de lichamelijke eed gezworen te hebben, waarbij de heilige voorwerpen op het altaar van de heilige Martinus aangeraakt werden in de aanwezigheid van de deken en kapittel zelf, beloofd hebben deze in ere te houden, en als wij die niet in ere zouden houden, de voornoemde straf uitgekozen hebben. Nadat echter de genoemde 15 jaren verstreken zijn, zal deze tiend met elk recht ervan vrij toevallen aan de genoemde deken en kapittel en vrij zijn van deze verplichting en [...] en wij zullen niet beweren daarop enig recht te hebben op grond van dit contract, tenzij misschien op grond van een nieuw contract nieuw recht voor ons daarop is gecreëerd. Deze tiend zal bij ons heel blijven en niet verdeeld en wij zullen die tiend niet door een of ander soort van vervreemding in het geheel of gedeeltelijke van hen vervreemden. Ook

zullen de genoemde deken en het kapittel, als het gebeurt dat de kerk van Scobbeinde in de tussentijd vacant raakt, de aanstelling ervan voor zich reserveren.

Als het gebeurt dat wij binnen de genoemde 15 jaren overlijden, dan zal **Jan, onze zoon**, ons in die tiend opvolgen tot aan het verstrijken van de genoemde 15 jaren onder de voor gezegde wijze en straf, die ook samen met ons heeft gezworen en heeft beloofd door het geven van zijn woord en het zweren van de eed om, als wij zouden komen te overlijden binnen de genoemde tijd, dit alles acht te nemen en zich heeft verplicht tot de genoemde straf, terwijl aldus de tiend van erfgenaam op erfgenaam na het overlijden van deze Jan tot aan het verstrijken van de hiervoor gezegde 15 jaren wordt overgedragen, evenwel op zo'n manier dat elke erfgenaam na de dood van zijn voorganger binnen drie maanden voor de genoemde deken en het kapittel in Utrecht zal verschijnen en zich zal verplichten tot alle voornoemde dingen, waarin wij en Jan, onze zoon, ons aan hen verplicht hebben, door het woord van trouw en de eed te geven; anders zal die erfgenaam, die dit niet zal handhaven en zijn opvolgers, het recht dat zij schenen te hebben op die tiend, door het recht zelf en de feiten verliezen en deze tiend zal dan vrij terugkeren naar de deken en het kapittel van Utrecht zelve.

En opdat dit voor genoemde deken en kapittel van Utrecht vast en geldig is en dat alle voornoemde dingen onschendbaar door ons en onze erfgenamen gehandhaafd zullen worden, hebben wij het onderhavige document aan hen gegeven, terwijl het gezegeld is met de zegels van de edele mannen **Jan heer van Heusden, Willem heer van Strijen**, stedelingen van Dordrecht, en ook dat van onszelf.

En de genoemde 15 jaren zullen beginnen te verstrijken op het eerst volgende feest van Jacobus.

Afgehandeld en gegeven in het jaar van de Heer 1255 op de vooravond van de apostelen Simon en Judas in Utrecht.

Transcriptie en vertaling WvB.